

esse donum cum causa, utputa natalicium, nuptalicium (1).

195. IDEM libro XL VI. ad Edictum. — Pronuntiatio sermonis in sexu masculino ad utrumque sexum plerumque porrigitur.

§ 1.—«Familiae appellatio qualiter accipiatur, videamus; et quidem varie accepta est, nam et in res, et in personas diducitur; in res, utputa in lege duodecim Tabularum his verbis: ADGNATUS PROXIMUS FAMILIAM HABETO; ad personas autem refertur familiae significatio ita, quum de patrono et liberto loquitur lex: EX EA FAMILIA, inquit, IN EAM FAMILIAM (2); et hic de singularibus personis legem loqui constat.

§ 2.—«Familiae» appellatio refertur et ad corporis cuiusdam significationem, quod aut iure proprio ipsorum, aut communis universae cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus plures personas, quae sunt sub unius potestate aut natura, aut iure subiectae, utputa patremfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, qui deinceps vicem eorum sequuntur, utputa nepotes et neptes, et deinceps. «Pater» autem «familias» appellatur, qui in domo dominium habet; recteque hoc nomine appellatur, quamvis filium non habeat; non enim solam personam eius, sed et ius demonstramus. Denique et pupillum patremfamilias appellamus, et quum paterfamilias moritur, quotquot capita ei subiecta fuerint, (3) singulas familias incipiunt habere; singuli enim patrumfamiliarum nomen subeunt. Idemque eveniet et in eo, qui emancipatus est; nam et hic sui iuris effectus propriam familiam habet. Communis iure familiam dicimus omnium agnatorum; nam et si patrefamilias mortuo singuli singulas familias habent, tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte eiusdem familiae appellabuntur, qui (4) ex eadem domo et gente proditi sunt.

§ 3.—Servitutum (5) quoque solemus appellare familias, ut in Edicto Praetoris ostendimus subtítulo de furtis, ubi Praetor loquitur de familia publicanorum; sed ibi non omnes servi, sed corpus quoddam servorum (6) demonstratur, huius rei causa paratum, hoc est vectigalis causa. Alia autem parte Edicti omnes servi continentur, ut de hominibus coactis, et vi bonorum raptorum; item redhibitoria, si deterior res reddatur emtoris opera, aut familiae eius, et interdicto Unde vi familiae appellatio omnes servos comprehendit; sed et filii continentur.

§ 4.—Item appellatur familia plurium personarum, quae ab eiusdemulti genitoris sanguine profiscuntur, sicuti dicimus familiam Iuliam, quasi a fonte quodam memoriae.

§ 5.—Mulier autem familiae suae et caput, et finis est.

(1) nuptialitium, el códice citado por Br.; nuptiarum, *Hai.*
(2) lex familiae. IN EA, inquit, FAMILIA, *Hai.*; lex familiæ, EX EA, inquit, IN EAM FAMILIAM, *Vulg.*

(3) singula, conjectura Br. que se debe insertar.

vado de donar, y regalo la especie; porque regalo es un donativo con causa, por ejemplo, por natalicio, ó por nupcias.

195. EL MISMO; Comentarios al Edicto, libro XL VI. —La expresión de una frase en género masculino se extiende de ordinario á ambos sexos.

§ 1.—Veámos de qué manera se entiende la palabra «familia»; y ciertamente está admitida con variedad, porque se aplica á las cosas y á las personas; á las cosas, como en la ley de las Doce Tablas en estas palabras: «el próximo agnado tenga la familia»; pero la palabra familia se refiere á las personas, cuando la ley habla del patrono y del liberto; «de esta familia, dice, á aquella familia»; y es sabido que aquí habla la ley de personas singulares.

§ 2.—La denominación de «familia» se refiere también á la significación de alguna corporación, que está comprendida ó en el derecho propio de sus mismos individuos, ó en el común de toda cognación. Por derecho propio llamamos familia á muchas personas, que, ó por naturaleza, ó de derecho, están sujetas á la potestad de uno solo, por ejemplo, el padre de familia, la madre de familia, el hijo de familia, la hija de familia, y los demás que siguen en el lugar de éstos, como los nietos y las nietas, y los otros descendientes. Pero se llama «padre de familias» el que tiene dominio en la casa; y con razón es llamado con este nombre, aunque no tenga hijo; porque no designamos la sola persona de él, sino también su derecho. Finalmente llamamos padre de familia también al pupilo, y cuando muere el padre de familia, cuantos individuos hubieren estado sujetos á él comienzan á tener familia distinta; porque cada uno adquiere el título de padre de familia. Y lo mismo sucederá también en cuanto al que fué emancipado; porque también éste, hecho de propio derecho, tiene familia propia. Por derecho común decimos familia la de todos los agnados; porque aunque muerto el padre de familia cada uno tiene familia propia, sin embargo, todos los que estuvieron bajo la potestad de uno solo serán con razón llamados de la misma familia, los cuales fueron dados á luz de la misma casa y progenie.

§ 3.—También solemos llamar familias de esclavos, como hemos demostrado en el Edicto del Pretor, en el título de los hurtos, en el que el Pretor habla de la familia de los publicanos; pero allí no son designados todos los esclavos, sino cierta corporación de esclavos, organizada con aquel objeto, esto es, por causa del impuesto. Mas en otra parte del Edicto están comprendidos todos los esclavos, como en la de hombres congregados, y en la de bienes arrebatados con violencia; asimismo, tratándose de la redhibitoria, si se devolviera una cosa deteriorada por obra del comprador, ó de su familia, y en el interdicto Unde vi, la denominación de familia comprende á todos los esclavos; pero también están comprendidos los hijos.

§ 4.—Asimismo se llama familia de muchas personas, la que proviene de sangre de un mismo último progenitor, como decimos familia Julia, como de cierto origen memorable.

§ 5.—Pero la mujer es cabeza y fin de su propia familia.

(4) quia, los códices citados por Br.

(5) Servientium, *Vulg.*

(6) continentur, quod, *Inserta Vulg.*

196. GAIUS libro XVI. *ad Edictum provinciale*. — «Familiae» appellatione et ipse princeps familiae continetur.

§ 1.—Feminarum liberos in familia earum non esse, palam est, quia qui nascuntur, patris, non matris (1) familiam sequuntur.

197. UPIANUS libro L. *ad Edictum*. — «Indicasse» (2) est, detulisse, arguisse, accusasse, et convicisse.

198. IDEM libro II. *de omnibus Tribunalibus*. — «Urbana praedia» omnia aedificia accipimus, non solum ea, quae sunt in oppidis, sed et si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, et in vicis, vel si praetoria voluptati tantum deservientia, quia urbanum praedium non locus facit, sed materia. Proinde hortos (3) quoque, si qui sunt in aedificiis constituti, dicendum est (4), urbanorum appellatione contineri. Plane si plurimum (5) horti in redditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis haec non sunt urbana.

199. IDEM libro VIII. *de omnibus Tribunalibus*. — «Absentem» accipere debemus eum, qui non est eo loci, in quo (6) petitur; non enim trans mare absentem desideramus; et si forte extra continentia urbis sit, abest. Ceterum usque ad continentia non abesse videbitur, si non latitet.

§ 1.—Abesse non videtur, qui ab hostibus captus est, sed qui a latronibus detinetur.

200. IULIANUS libro II. *Digestorum*. — Haec stipulatio: «noxis solutum praestari?» non existimat ad eas noxas pertinere, quae publicam exercitionem (7) et coercitionem capitalem habent.

201. IDEM libro LXXXI. (8) *Digestorum*. — Justa interpretatione recipiendum est, ut appellatione «filii», sicuti filiam familias contineri saepe respondimus (9), ita et nepos videatur comprehendti; et «patris» nomine avus quoque demonstrari intelligatur.

202. ALFENUS VARUS (10) libro II. *Digestorum*. — Quum in testamento scriptum esset, ut heres in funere, aut in monumento duntaxat aureos centum consumeret, non licet minus consumere; si amplius vellet, licet; neque ob eam rem contra testamentum facere videtur.

203. IDEM libro VII. *Digestorum*. — In lege censoria portus Siciliae ita scriptum erat: «Servos, quos domum (11) quis ducet suo usu, pro his portorum ne dato»; quaerebatur, si quis a Sicilia servos Romam mitteret fundi instruendi causa, utrum pro his hominibus (12) portorum dare deberet, necne. Respondit, duas esse in hac scriptura quæstiones: primam, quid esset: «domum ducere», al-

196. GAYO; *Comentarios al Edicto provincial, libro XVI*. — En la denominación de familia está contenido también el mismo que es cabeza de la familia.

§ 1.—Es evidente que los hijos de hembras no están en la familia de ellas, porque los que nacen siguen á la familia del padre, no á la de la madre.

197. UPIANO; *Comentarios al Edicto, libro L*. — «Haber indicado» es haber delatado, arguido, acusado, y convicto.

201. EL MISMO; *Digesto, libro LXXXI*. — Se ha de admitir por justa interpretación, que en la denominación de «hijo», así como respondimos muchas veces que está contenida la hija de familia, se considera que también está comprendido el nieto; y entiéndase que con el nombre de «padre» se designa también el abuelo.

(1) non matris, consideran se añadidas por antiguos copistas.

(2) reum, inserta Vulg.

(3) Hal. Vulg.; hortus, el códice Fl.

(4) La corrección del códice Fl., Br.; sit, Taur. según la escritura original.

(5) plurium, Hal. Vulg.

(6) La corrección del códice Fl.; loco, inserta Taur. según la escritura original, Br.

(7) executionem, Hal. Vulg.

(8) I., considerase añadida por antiguos copistas.

(9) Hal. Vulg.; respondebimus, el códice Fl.

(10) Upianus, Hal.

(11) Hal. Vulg.; domo, el códice Fl.

(12) La corrección del códice Fl.; hominis, Taur. según la escritura original, Br.